

hominibus firma

et talis prauitates

et res fructus

res sumus digni

se factis

nonne terra

nonne terra

omnes uenerunt et adjuuauerunt meos

rebuere pariter **Et** firmiter **Et** **Et**

Amelioros uictus quibus d. **Ipse**

**Et** **Et** omnes dicitur fideliter huius omnia

scilicet non tunc semper uenerunt

scilicet et tunc pariter implentur

uenerunt **Et** **Et** omnipotens **Et** **Et**

inquit uelista aduocata pariter

in hoc uenit huius uelista in re tua

quod omnia omnia aduocata in re

omnia **Et** **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

uenerunt **Et** **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

omnes dicitur in re gloria

omnes tuos dauidum in re

in re dauidum in re

in re dauidum in re



CCM



DISPVATIO XVIII.

DE MODIS QVI-  
BVS TESTAMENTA INFIRMAN-  
TVR DE INOFFICIOSO TESTA-  
mento, item de heredum quali-  
tate & differentia

*Quam DEI præpotentis auxilio Præside IOHAN-  
NE ARENHORSTIO Badbergensi VVe-  
stphalo in inclyta ac celeberrima Academia IVLIA,  
quæ est Helmstadij exercitationis caussa  
tutabitur*

IOHANNES IESSAEVS Sondershusinus.

dedicata

CLARISSIMO AC AM-  
PLISSIMO VIRO, D. CHRISTO-  
PHORO KIRCHBERGERO, GENEROSO-  
rum & Illustrium Comitum à Suuartzburgk  
Iuniorum &c. Consiliario & Archiquæstori  
dignissimo, Domino ac Mecœnati  
suo plurima reuerentia  
colendo.

HELMSTADII

Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1491.

*Ex cons. an-  
stis.*



AD IOHANNEM IESSAEVM A-  
micum & Sympatriotam suum sua-  
uissimum.



Ὁὐ γέλασσε θεμῖς παρθῆς ΙΕΣΣΑΙΟΝ ἐφ' ὀρμῆ  
ἀπερχέσ' ἀπέυδοθ', ὡς ἐνόησε τῶχα.  
αψ δὲ πλεκθῆν σεφάνην χάριτας πρὸς κἀλλε' ἄνωγο  
σοὶ πὸτ' ἔχθην, ἀνακῶς εἰ σάδιον τελέσης.  
ἀπέυδ' ἔν, ἀπέυδτε καλῶς, σοφίη ἔ κῦδ' ἀέξθ  
κ' κατὰ τέρματα γῆς πάντ' ὀνομαστὸς ἔση.

*Iohannes Suchlandus Sonderhusinus F.*

AD EVNDEM.



*Iror ego, egregium, quo te natura beavit,  
Idq, quod ante diem prouenit, ingenium.  
Abdita Thespiadum Musea inquiris, & isthæc  
Vota animi existunt deliciofa tui.*

*Sedulus hinc tua, cum sinuosa volumina Iuris  
Perlegis, extemplò suspicit ausa Themis:  
Suspicit ausa Themis, suaq, in penetralia ducit,  
In quibus est tua mens, in quibus hæret amor:  
Hinc iuuat alterno verum contexere nodo,  
Dum legum dubios discutis arte sonos:  
Perge, Ducum & Comitum tua, Iane, palatia scandet  
Virtus, iam proprijs nobilitata bonis.*

*Philippus Persius, Elricensis Helmst. F.*



## CONTINUATIO

*Cum haëtenus dictum sit quomodo Testamenta componantur, reliquum nunc est ut videamus, quomodo eadem vicissim infirmentur, ac proinde nunc de iniusto rupto ac irrito factò testamento, verba nonnulla facienda sunt.*

*VVesenb. in parat. ff. de iniust. rupt.*

### *Thesis I.*



**I**niustum siue non iure factum testamentum dicitur, cui solemnità iuris desunt.

*l. 1. de iniust. rupto.*

### *II.*

Ruptum est quod posterioris testamenti perfectione, aut sui heredis adgnatione ad nihilum recidit.

*d. l. 1. ff. de iniust. rupt. item l. 2. ff. d. tt.*

### *III.*

Irritum testamentum nominatur, cum testator capite diminitur, vel post obitum ipsius hereditas eius non aditur.

*d. l. 1. ff. de iniust. rupt. & c.*

### *IV.*

Penitus tamen inutilia non sunt ea testamenta, quæ ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt. Nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus heres, secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere, si modo defunctus & ciuis Romanus, & suæ potestatis mortis tempore fuerit.

*§. non tamen instit. quibus modis test. infirm.*

### *V.*

Testamentum autem ideo vires suas non amittit, quod testator id postea non vult pondus aliquod habere, & proinde si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & priusquam id perficeret eum aut mors occupauerit, aut eius rei penituerit, prius testamentum stabile ac firmum erit.

*§. ex eo inst. h. tt. l. hac consultissima §. si quis autem C. de testam.*



V I.

Irritum etiam fit testamentum, parsuè testamenri ea, quam testator consulto deleuit induxit vel inscripsit.

*l. penult. & vlt. de his qua in testamento delentur in duc. vel inscrib. l. in fraudem 15. §. 1. de testamento mil. Cuiac. in parat. ff. de his qua in testamento del. induc. vel scrib.*

V II.

Princeps litis caussa neq; heres institui, neq; ex imperfecto testamento aliquid sibi vindicare potest, quamuis enim legibus sit solutus, tamen nihilominus tantam maiestatem secundum eas vitam suam transigere decet.

*§. vlt. ead. orat. insti. quibus modis testamenta infirm. l. ex imperf. 3 l. volumus 20. C. de testamentis l. digna vox C. de legib. l. princeps 30. ff. de legib. l. ex imperfecto 23. de legat. 3. l. penult. de hered. instit.*

V III.

Et tantum de ijs modis quibus testamenta infirmari & ad nihilum recidere solent, superest nunc, vt ad inofficiosum testamentum transeamus.

I X.

Testamentum autem inofficiosum est, in quo liberi vel parentes vel fratres germani immeritò exheredati sunt, vel præteriti vel ita instituti vt pro exheredatis habeantur.

*Iacob. Cuiac. in parat. C. de inoffic. testamento.*

X.

Habetq; duas partes accusationem nimirum testatoris vel testamenti tanquam inofficiosi & vindicationem hereditatis.

*l. 2. 3. 6. ff. h. tt. V Vef. ad rubr. tit. Instit. de inoffic. test.*

X I.

De inofficioso vero testamento queri possunt non tantum liberi ipsi, verum etiam parentes eorum, item nepotes & neptes ex filio emancipato.

*§. non autem Instit. h. t. l. 7. C. eod.*

X II.

Posthumi præterea & filij adoptiui de inofficioso testamento disputa-



disputare possunt, quorum tamen hoc distinctionem quandam admittit, illud iure nouo penitus est sublatum.

*§. tam autem inst. h. tt. n. Nouell. 115. §. aliud quoq.*

### XIII.

De inofficioso matris testamento spurij etiam querelam habent, quod tamen accipiendum est de ijs qui non sunt ex nefario & incesto coitu procreati. Nam tales, cum parentum suorum bonis penitus indigni censeantur, utiq; de inofficioso testamento disputare non possunt.

*l. si suspecta §. 1. ff. de inoffic. testamento auth. ex complexu C. de incestis & inutil. nupt. Nouell. 89.*

### XIV.

Fratres porrò & sorores utrinq; coniuncti vel saltem consanguinei testamentum inofficiosum accusare possunt, si nimirum scripti heredes iuris vel facti ignominia flagrent.

*§. non autem inst. h. tt. n. l. 7. C. eod. V. Ves. in parat. nu. 6. de inoff. test.*

### XV.

Fratres autem vel sorores uterini & reliqui cognati melius rationibus suis prospicient si semetipsos inanibus sumtibus non vexent, quippe cum obtinendi spes eos planè deficiat.

*l. 1. ff. h. tt. n. l. 27. C. eod.*

### XVI.

Sed hæc ita accipienda sunt, si eis nihil quicquam à testatoribus fuerit relictum. Nam quando eis saltem aliquid iure institutionis relictum est, tunc de inofficioso testamento querelam non habebunt, sed ad supplementum legitimæ partis agent.

*§. sed hæc instit. h. tt. n. l. si quando §. & generaliter l. omnimodo l. qua nuper l. quoniam l. scimus C. de inoff. testam. Vigl. ad §. ult. n. 1. inst. eod.*

### XVII.

Quartam itaq; habebit quispiam, ut de inofficioso experiri non possit. Nostra autem memoria quarta illa pro numero liberorum mutata est in trientem vel semissem.

*Nouell. 18. auth. nouissima C. de inoff. testam.*

### XVIII.

Querela etiam inofficij ad heredes tam suos quam extraneos tran-



os transit. Ad hos quidem si a defuncto coepta vel praeparata sit controuersia. Ad illos autem etiamsi defunctus nullam controuersiam inceperit.

*l. 6. ff. h. tt. n. l. si quis 34. l. scimus 35. §. illud. in fin. C. eod.*

### XIX.

Datur autem haec querela contra heredem scriptum post aditionem hereditatis, quacunq; tandem sit conditione, siue aliquis ex liberis, siue extraneus, siue mater siue etiam ipse Imperator.

*l. Papin. §. si imperator & §. si conditioni, l. penult. §. 1. ff. h. t. n. l. si maritus 22. C. eod. Francisc. Duar. ad hunc tit. cap. 19.*

### XX.

Item contra heredis heredem, fiscum, fideicommissarium uniuersalem, cui restituta est hereditas, & legatarium particularem, qui suspecta collusionem, ad defendendum testamentum venit.

*l. si suspecta 29. in princ. h. t. n. l. 1. & 10. C. eod.*

### XXI.

Nisi forte iure praecipuo sit, qui testamentum fecit, siquidem contra testamentum militare, vel contra testamentum quod de Castrensi, vel quasi Castrensi peculio conscriptum est, querela inofficiosi non competit.

*l. 8. §. si quis ff. h. tt. n. l. ult. C. eod.*

### XXII.

Atq; haec habuimus quae de heredibus instituendis vel exheredandis diceremus, consequens nunc est, ut de eorum qualitate & differentia aliquid in medium proferamus.

*Myns. ad. rubr. hic.*

### XXIII.

Heredes autem sunt triplices necessarii nimirum, sui ac necessarii, & extranei.

*§. 1. instit. h. tt. n. Caius in frag. lib. 2. tit. 3. §. heredes autem.*

### XXIV.

Necessarios heredes appellamus seruos, qui a testatore heredes instituti sunt, idq; propterea quod volentes nolentes post mortem testatoris protinus liberi & necessarii heredes fiunt.

*d. §. 1. inst. h. tt. n.*

Suos



## XXV.

Suos & necessarios heredes nominamus filios, filias, nepotes, neptesue ex filio & reliquos, qui in potestate testatoris sunt & post obitum illius in potestatem patris sui non recidunt.

*§. sui autem instit. h. t. n. §. intestatorum Inst. de hereditatib. qua ab intestato defer.*

## XXVI.

Suos quidem propterea, quod domestici heredes sunt & vi- uente adhuc patre quodammodo domini appellantur, ac proinde primo loco succedunt si parens eorum intestatus de vita migret. Necessarios vero propterea, quod omnino siue velint siue nolint, tam ab intestato quam ex testamento ex l. 12. tab. heredes fi- unt.

*d. §. sui autem. Inst. h. t. n.*

## XXVII.

Extraneos heredes eos vocamus, qui testatoris iuri non sunt subiecti.

*§. Cateri Inst. h. t. n. Caius lib. 2. t. 3. §. heredes.*

## XXVIII.

In extraneis autem heredibus, illud obseruatur, vt sit cum eis testamenti factio, siue ipsi heredes scribantur, siue hi qui in pote- state eorum sunt, idq; tribus temporibus inspicitur, facti scilicet testamenti, mortis testatoris, & aditæ hereditatis.

*§. in extraneis inst. h. t. n.*

## XXIX.

Testamenti autem factionem non solum ij habere videntur, qui testamentum facere possunt, sed ij etiam qui ex alieno testa- mento vel ipsi aliquid capere, vel alij acquirere possunt, quamuis testamentum alioqui conscribere non queant.

## XXX.

Extraneis etiam deliberandi potestas de adeunda vel non adeunda hereditate dari consuevit, loco autem huius iuris nostra ætate habemus beneficium repertorij.

*§. extraneis autem instit. hic. l. ult. C. de iure delib.*

Extra-



XXXI.

Extranei prætera hereditatem adeunt vel repudiant, sui autem hereditati se immiscent vel ab ea sese abstinunt.

*§. extraneis & ibi Theoph. inst. h. t. n. d. l. ult. C. de Iure delib.*

XXXII.

Extraneus aut pro herede gerendo aut nuda voluntate potest heres fieri.

*§. item extraneus Inst. h. t. n. l. pro herede 20. in princ. l. gerit 88. de acquir. vel amitt. hered.*

Ζήτημα ὁμογενές

Vtrum heres qui non confecit repertorium Trebellianicam amittat, quemadmodum Falcidiam eam ob causam amittere solet.





AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581



TA → a



**I**uno et p[ro]ph[et]em

carur u[er]u[m] r[ati]o

**I**u u[er]u[m] r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o

**FL** et dicitur

u[er]u[m] r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o

**De** r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o

caritatis u[er]u[m] r[ati]o non recusat ac  
oculta et u[er]u[m] r[ati]o facit u[er]u[m] r[ati]o i[er]u[m] r[ati]o  
oculis c[on]spicitur **De** u[er]u[m] r[ati]o

**De** r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

**De** r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

**I**u u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o


u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o

u[er]u[m] r[ati]o r[ati]o r[ati]o r[ati]o





b.

DISPUTATIO XVIII.

DE MODIS QUI-  
BUS TESTAMENTA INFIRMAN-  
TUR DE INOFFICIOSO TESTA-  
mento, item de heredum quali-  
tate & differentia

*Quam DEI præpotentis auxilio Præside IOHAN-  
NE ARENHORSTIO Badbergensi VVe-  
stphalo in inclyta ac celeberrima Academia IVLIA,  
quæ est Helmstadij exercitationis caussa  
tutabitur*

IOHANNES IESSAEVS Sondershusinus.

dedicata

CLARISSIMO AC AM-  
PLISSIMO VIRO, D. CHRISTO-  
PHORO KIRCHBERGERO, GENEROSO-  
rum & Illustrum Comitum à Suuartzburgk  
Juniorum &c. Consiliario & Archiquæstori  
dignissimo, Domino ac Mecœnati  
suo plurima reuerentia  
colendo.

HELMSTADII

Excudebat Iacobus Lucius, Anno 1491.

*Ex Libris  
Lucius*

